

2.º
**Carta del Rey don Sancho á Guzman despues de
 alzado el cerco de Tarifa por los moros.**

Primo don Alonso Perez de Guzman: Sabido habemos lo que por nos servir habeis fecho en defendernos esta villa de Tarifa de los moros, habiéndoos tenido cercado seis meses, y puesto en estrecho y afincamiento. Y principalmente supimos y en mucho tuvimos dar la vuestra sangre, y ofrecer vuestro hijo primogénito por el mi servicio y del de Dios delante, y por la vuestra honra. En lo uno imitasteis al padre Abraham, que por servir á Dios le daba el su hijo en sacrificio; y en lo leal quisisteis semejar la sangre de donde venides. Por lo cual merecedes ser llamado el *Bueno*, y yo así vos los llamo, y vos así vos llamaredes de aqui adelante. Ca justo es que el que hace la bondad tenga nombre de bueno, y no finque sin galardón de su buen fecho: y á los que

mal hacen les tollan su heredad y hacienda. Vos que tan gran ejemplo y lealtad habeis mostrado, y habeis dado á los mis caballeros, y á los de todo el mundo, razon es que con mis mercedes quede memoria de las buenas obras y hazañas vuestras, y venid vos luego á verme: ca si malo no estobiera y en tanto afincamiento, naide me tollera que no vos fuera á ver y socorrer. Mas haredes conmigo lo que yo no puedo hacer con vosco, que es veniros á mi, porque quiero hacer en vos mercedes que sean semejables á vuestros servicios. A la vuestra buena mujer nos encomendamos la mia é yo, y Dios sea con vosco. De Alcalá de Henares á dos de enero era de mill y trescientos y treinta y tres años. —
 EL REY. — MEDINA: *Crónica de la casa de Medinasidonia*, cap. 27, lib. 1.

APÉNDICES

Á LA VIDA

DE ROGER DE LAURIA.

1.º

Título de Almirante expedido á Roger por Pedro III de Aragon.

Noverint universi præsentem paginam inspecturi. Quod nos Petrus &c. Attendentes merita probitatis prudentia et devotionis nobilis Rogerii de Loria dilecti militis consilarii et familiaris nostri de quibus excellentia nostra plenam gerit fiduciam ab experto officium Amiracia regni Cathalonie et Sicilia eidem duximus fiducialiter comitendum exercendum per eundem ad honorem et fidelitatem culminis nostri usque ad nostræ bene placitum voluntatis. Mandantes universis et singulis hominibus armatis eiusdem quod ipsi Rogerio tamquam Almirallo nostro predecesoribus suis officium ipsum gerentibus sunt intendere et parere. Dantes et concedentes dicto Rogerio plenariam potestatem faciendi si oportuerit ab hominibus stoli seu armatis prædictæ et de omnibus aliis hominibus qui sunt de foro Amiracia prædictæ ratione iurium ipsius officii tam in mari quam in terra justitias civiles et criminales et om-

Los cinco primeros documentos existen originales en el Real archivo de la corona de Aragon, y de allí se han trasladado á la letra; el último está copiado del testamento de Roger, que se conserva en pergamino en el archivo del monasterio de Santas Cruces.

nia alia exercenda circa dictum officium quæ consueverunt exerceri per alios Amiratos cui Amirato nostro prædicto concedimus quod habeat, et percipiat iura omnia quæ ad prædictæ Amira- ciae officium pertinere nos-

cuntur. In cuius rei testi- monium præsens privilegium fieri iussimus et sigillo pen- denti nostri fecimus com- muniri. Dat. Mesanae, duode- cimo kalendas Maij anno Domini millesimo ducente- simo octuagesimo tertio.

2.º

Provision de Jaime II, por la que se obliga á no pedir á los sucesores y herederos de Roger cuentas ningunas de la administracion del Almirante, en caso de que muera sin dirlas.

7 de mar- Jacobus &c. Bono animo
20 de 1297 et spontanea voluntate &c.
per nos et per omnes hæ-
des et successores nostros
promittimus bona fide vobis
nobili Rogerio de Loria fi-
deli nostro Almirato Arago-
niæ &c. à nobis legitime sti-
pulant pro vobis et pro om-
nibus hæredibus et succes-
oribus vestris et Petro Marti
notario publico Barchinonæ
à nobis legitime stipulanti
nomine ipsorum hæredum et
successorum vestrorum, quod
si contingat vos finire dies
vestros antequam nobis red-
dideritis computum seu ra-
tionem de gestis et adminis-
tratis per vos in officio ves-
tri Almiratus vel de quibus-
cumque aliis quæ usque ad
dies obitus vestri de bonis
nostris ex quacumque alia
causa receperitis procurave-

ritis et administraveritis, nos
non movebimus nec moveri sus-
tinebimus post obitum ves-
trum contra hæredes succes-
sorum vestrorum ex testamento
vel ab intestato, nec contra
testamenti executionem et
commissarios testamenti seu
ultimæ voluntatis vestræ, nec
contra quoscumque alios no-
mine vel ratione vestri ali-
quam petitionem quæstio-
nem demandam vel causam
in iudicio vel extra iudicium,
nec exigemus à prædictis hæ-
redibus et successoribus ves-
tris, nec ab aliis quibuscum-
que personis aliquibus ratio-
nibus supra expressis, vel
aliis quibuscumque, ita etiam
quod ibi assereremus nos in
vobis invenisse fatigam de
computo reddendo, vel etiam
penes vos aliquid modo ali-

quo remanssiste, et non po-
simus contra vos et hæredes
et successores vestros allega-
re proponere vel dicere nos
fatigam de computo reddendo
in vobis invenisse, nec
etiam per dolum per vos vel
per hæredes aut successores
vestros aliquid remanssise.
Immo qualicumque actione
vel jure contra vos vel hæ-
redes aut successores vestros
agere possemus, illi actioni
et juri penitus renunciavimus
facientes vobis et vestris hæ-
redibus et successoribus et
notario infrascripto, nomi-
ne ipsorum hæredum et suc-
cessorum vestrorum per nos
omnes hæredes et successo-
res nostros de prædictis om-
nibus et singulis bonum &c.
hæc omnia prædicta et sin-

gula ut superius dicta sunt
promittimus per nos et om-
nes hæredes et successores
nostros vobis et notario in-
frascripto à nobis legitime
stipulanti pro vobis et pro
omnibus hæredibus et succe-
soribus vestris tenere com-
plere et observare perpetuo
et non in aliquo con-
travenire aliquo jure causa
vel ratione. In cuius rei
testimonium præsens instru-
mentum iussimus fieri per
prædictum Petrum Marti no-
tarium publicum Barchinonæ,
et fecimus sigillo nostro si-
gillari. Actum est hoc Bar-
chinonæ, nono idus Martij
&c. Signum.

*Segun el registro per-
tenece al año de 1291.*

3.º

*Provision del mismo Rey, en que se contienen las
diferentes gracias y la autoridad, adictas al em-
pleo de Almirante, mientras sea ejercido por
Roger.*

Jacobus Dei gratia Rex
Aragonum, Majoricæ, Valen-
tiæ et Murciæ, Comesque
Barchinonæ ac Sanctæ Ro-
mana Ecclesiæ Vexillarius
Ammiratus et Capitaneus ge-
neralis: Prelatis Ecclesiarum
Comitibus, Baronibus, Pro-
curatoribus, Vicariis, Justi-
ciis, Capitaneis, et cæteris

aliis quibuscumque officiali-
bus et personis per omnia
Regna Aragonum, Majoricæ,
Valentiæ et Murciæ, Cer-
denyæ et Corciæ ac Comi-
tatus Barchinonæ constitutis
tam presentibus quam fu-
turis dilectis et fidelibus
suis salutem et dilectio-
nem: Ad eximia laudis et

2 de abril
de 1297.

fama præconium magnificentia regalis extollitur dum subjectos quos extrenuitas, fidelitatis integritas et generis nobilitas corroborant et decorant honoribus et dignitate sublimat: Attendentes igitur extrenuitatem nobilis Rogerii de Loria Regnorum nostrorum et Comitatus prædictorum Ammirati dilecti consilarii familiaris et fidelis nostri devotionis et fidei grata servitia per eum præstita Illustribus Dominis parentibus nostris et nobis et quæ nobis confert et in futurum auctore Domino conferre poterit gratiora nec minus labores et pericula quæ in stragem et confusionem nostrorum hostium subiit et etiam subire paratus per exaltationem nostri nominis et honoris, eundem Rogerium omnium Regnorum nostrorum et Comitatus prædictorum Ammiratum in tota vita sua duximus statuendum, volentes et præsentium tenore mandantes quod idem Ammiratus per se suosque Vice Admiratos ordinatos et alios Commissarios et nuncios suos prædictum Ammiratæ officium in omnibus Regnis et Comitatu prædictis toto tempore vite sue ad honorem et fidelitatem nostram nostræque Curie: et profectum fideliter et diligenter exerceat et faciat exerceri. Et ut circa diligentem et

legalem constructionem et reparationem vassellorum nostræ Curie quæ processu temporis reparari et de novo fieri et construi contigerit efficacius et studiosus intendatur: volumus et præcipimus quod idem Ammiratus per se et ordinatos suos in constructionibus et reparationibus prædictorum vassellorum quoties ea reparari fieri et construi de mandato nostro oportebit curam et cautelam adhibeat et faciat adhiberi. Quodque in singulis tercianatuum prædictorum Regnorum et Comitatus debeat et possit statuere loco sui unum vel duos probos et legales viros qui intersint sciant et videant ad oculum constructionem et reparationem prædictorum vassellorum construendorum et reparandorum et omnes expensas propterea faciendas et de introitu et exitu totius pecunie et rerum expensarum et recipiendarum per illos qui ad hoc sunt per nostram Curiam statuti et in antea statuentum plenam notitiam et conscientiam habeant. Ita quod eosdem Ammiratum et ordinatos suos nihil ex inde lateat quoquomodo et de introitu prædictæ pecunie et aliarum rerum et expensis faciendis in constructione et reparatione vassellorum ipsorum fiant tres quaterni

consimiles quorum unus sub sigillis singulorum statutorum per nostram Curiam super prædicta constructione et reparatione penes prædictum Ammiratum remaneat, alium prædicti statuti per Curiam sub sigillis prædictorum ordinatorum per prædictum Ammiratum sibi retineant et tertius sub sigillis prædictorum statutorum et dicti Ammirati nostræ Camere annis singulis transmittatur. Nemini quoque in eisdem Regnis et Comitatu liceat contra quoscumque per mare hostiles discursus et piraticam exercere sine licentia prædicti Ammirati et illius quem ad hoc loco sui duxerit deputandum. Ita tamen quod ipse et ordinati sui priusquam per eos super hoc personis aliquibus licentia concedatur, recipiant ab eis idoneam et sufficientem fideiussoriam cautionem de non offendendis amicis fidelibus et devotis nostris in personis vassellis mercibus et rebus eorum. Quodque si eos postmodum offendere impedire vel molestare præsumperint, tam offendentes et molestantes eosdem, quam fideiussores propter ea dati ad integram emendam et restitutionem pecunie et aliarum quarumcumque rerum et mercium ab ipsis amicis et fidelibus ablaturum per prædictum Ammi-

ratum et statutos suos coheritione qualibet compellantur. Et si forte ipsi et fideiussores præstiti insufficientes et non solvendi fuerint idem Ammiratus totum defectum et insufficientiam eorum supplere de suis bonis propriis teneatur ad quod se voluntarie obligavit. Si vero aliquis de nostris fidelibus per aliqua vassella aliarum comunitatum et specialium personarum comunitatum ipsarum per mare dirrobari et capi contingerit statuimus et præcipimus quod prædictus Ammiratus comunitatem seu comunitates illas per quam seu quas cuius seu quorum speciales personas dicti fidelis nostri more piratico seu alia quavis causa dirrobabuntur et capientur per mare per suas litteras requirere debeat ut nostris fidelibus dampna passis vassella pecuniam merces et omnes alias res eorum ab eis prædicto modo ablatas et captas restituat et restitui faciat. Et si prædictæ communitates vel earum aliqua receptis prædicti Ammirati litteris prædicta dampna prædictis nostris fidelibus restituere et resarcire neglexerint, idem Ammiratus auctoritate præsentium super bonis et rebus et de bonis et rebus communitatis seu communitatum quæ seu cuius speciales personæ contra prædictos fideles nostros

prædictam dirrobationem et piraticam exercebunt et emendam et restitutionem facere neglexerint quæ ubicumque per Regna nostra inveniri poterunt prædicta dampna prædictis nostris fidelibus restituat et faciat integraliter resarciri. Volumus insuper quod de causis et questionibus tam civilibus quam criminalibus quæ inter homines generalis et specialis armatæ nostræ et quorumlibet vassellorum armandorum ad exercendum piraticam movebuntur idem Ammiratus et ille quem ad hoc loco sui statuerit summarie secundum statutum et consuetudinem armatæ ad suum arbitrium cognoscat et singulis conquerentibus justitiam administrat quam cognitionem exerceat et exerceri faciat de causis et questionibus videlicet quas moveri contingat à quindecim diebus in antea postquam pro prædicta armata et vassellis armandis incipient solidi exhiberi usque ad quindecim dies postquam vassella ipsa fuerint exarmata. Concedimus etiam eidem Ammirato quod homines deputati et deputandi ad servitia nostrarum tercianarum de questionibus civilibus et criminalibus auctoribus seu accusatoribus eorundem prædicto Ammirato et ordinatis suis et non officialibus aliis responderi in iudicio compell-

lantur et causæ ipsæ per eum secundum justitiam sine debito terminentur. Volumus præterea quod idem Ammiratus comites deputatos et deputandos ad armatam nostri felicis extolli quos ad hoc insufficientes et minus utiles viderit ab officio comitiæ ipsius amovere valeat et loco eorum alios in arte maris expertos idoneos et sufficientes ad hoc in eodem officio deputare. Ceterum quia multa et diversa servitia incumbunt in nostra Curia sic mentem nostram undique occupant quod ad exequendum et expediendum omnia pertinentia exaltationi nostri nominis et honoris vacare comode non valeamus, ut per illorum industriam de quibus confidimus defectus hujusmodi suppleatur, providimus et precipimus quod idem Ammiratus tempore tam guerræ quam pacis per prædicta regna nostra et comitatum absque mandato nostræ celsitudinis et quorumcumque nostrorum officialium de pecunia nostræ Curie sibi per nos seu officiales ejusdem Curie assignanda in quantitate sufficienti quam propterea requisiverit, possit armare usque ad galeras duas deputandas ad nostra servitia et alia requirentia negotia quæ pro exaltatione et honore nostro tunc temporis imminerunt. Ad hoc cum idem

Ammiratus et ordinati sui de pecunia et rebus aliis solutis et solvendis per eos pro prædicta armata et negotiis aliis propter perplexitates multorum negotiorum recipere nequirit apodixas, volumus et mandamus quod idem Ammiratus de pecunia et rebus aliis quas per se et ordinatos suos propterea receperit et solverit, ponat nostræ Curie per quaternos tantummodo finalem et debitam rationem et de his stetur fidei quaternorum ipsorum instrumentis apochis et cautelis aliis omnino exclusis. Si vero et in debellatione et conflictu extolli et rebellium et inimicorum nostrorum Ammiratum ejusdem extolli per nostrum felix extollium in quo idem Ammiratus præsit capi contigerit, volumus et dicto Ammirato nostro concedimus quod Ammiratum extolli rebellium et hostium nostrorum cum omnibus rebus suis in eodem extolio existentibus habeat suis utilitatibus applicandum. De navibus quoque et aliis quibuscumque vassellis capiendis per prædictum nostrum extollium idem Ammiratus habeat et habere debeat omnia arma et ropas usitatas pecias pannorum non integras sed incisas sacarias et inbolias vacuas in eisdem vassellis et navibus existentes. Et si naves et vassella ipsa frumento et or-

deo fuerint onerata idem Ammiratus de victualibus oneratis in qualibet navium et vassellorum ipsorum habeat usque ad palmum unum in oireo in paliolis cujuslibet navis et vasselli ipsius quæ suis comoditatibus adquirantur. Habeat præterea idem Ammiratus annis singulis pro expensis suis de pecunia Curie nostræ à die videlicet quo armata ipsa fieri incipiet usque quo completa fuerit die quolibet sexaginta solidos Barchinonæ. Ad hoc volumus et mandamus quod præfatus Ammiratus habeat et habere debeat omnia vasa armati nostri extolli ad navigandum inutilia et non apta vireda etiam affisos et alia guarnimenta nostræ Curie vetera inutilia existentia in nostris terciaribus et extra terciaribus eosdem suis utilitatibus applicanda, proviso prius per aliquos providos et discretos viros in arte maris expertos per nos ad hoc eligendos, quæ vasa prædicta sint ad navigandum inutilia et non apta. Concedimus equidem prædicto Ammirato de gratia speciali quod de Sarracenis capiendis cum nostris vassellis armandis per eum vel alios de mandato suo ipse vicesimam partem consequatur et habeat reliquis partibus Sarracenorum ipsorum fisci nostri comoditatibus applicandis. Concede-

dimus ei etiam ut si contingat eundem Ammiratum sua pendentia et tractatu à Sarracenis quibuslibet aliqua forsam solita recuperare tributa seu servitia, et insolita et nova acquirere tributis solitis et insolitis antiquis et noviter acquisitis nobis integrè remanentibus ad quantitatem æqualem decimæ prædictorum tributorum ipso Ammirato Sarracenos cogente predictos eum ad opus suum illam de speciali gratia volumus obtinere. Naves vero et vassella exterorum sive extraneorum quæ in Regnorum nostrorum partibus naufragium patiuntur, de quo naufragium jus consuetum et debitum nostra Curia consequitur, idem Ammiratus habeat suis utilitatibus acquirendis seu etiam adquirenda. Prædicto enim Ammirato concedimus quod habeat et habere debeat omnia jura quæ Ammirati alii præcessores sui ratione Ammiratie officii tam à Curia quam à marinariis et aliis per mare navigantibus consueverunt recipere et habere. Attendentes itaque pericula et labores immensos quæ pro nobis sustinuit et sustinet Ammiratus prædictus, concedimus eidem de liberalitate mera et gratia speciali quod de omnibus rebus et mercibus licitis et permissis quas de suo pro-

prio emi fecerit honorari imitari et extrahi in quibuscumque et de quibuscumque portibus et locis maritimorum Regnorum et Comitatus prædictorum nullum jus nostræ Curie solvere teneatur: volentes ac universis et singulis officialibus nostris præsentium tenore mandantes quod ab eodem Ammirato et ejus nuntiis de rebus et mercibus emendis per eum et ejus nuncios de sua pecunia propria honorandis immittendis et extrahendis in quibuscumque et de quibuscumque portibus et locis maritimorum Regnorum et Comitatus nostrorum prædictorum nullum jus ab eodem Ammirato et suis nuntiis exigant nec per alios exigi patiantur. Ut autem in armata nostræ negotiis cujuscumque occasionis pretextu nullus defectus eveniat quoquomodo, volumus et vobis universis et singulis officialibus et personis per prædicta Regna nostra et Comitatus constitutis tenore præsentium mandamus, quod eidem Ammirato et ordinatis suis de omnibus quæ ad ipsius armatæ negotia expectare noscuntur ad honorem et fidelitatem nostram devote pareatis et efficaciter intendatis. Dat. Romæ, quarto nonas aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

Concesion que hace el mismo Rey á Roger de ejercer mientras viva el mero imperio en Consentayna, Alcoy, Zeta y otros pueblos.

Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Majoricarum Valentie et Murcie Comesque Barquinonæ ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vexillarius Ammiratus et Capitaneus generalis: Considerantes et attendentes plura grata et accepta servitia per vos nobilem Rogerium de Loria regnorum nostrorum Ammiratum dilectum consiliarum familiarum et fidelem nostrum nobis exhibita et quæ speramus nobis per vos exhiberi in antea gratiora volentes vos propterea prosequi gratius et favore concedimus et damus vobis de liberalitate mera et gratia speciali merum imperium per vos vel per quos volueritis loco vestri utendum et exercendum in tota vita vestra tantum et non amplius tam in loco de Concentayna quæ pro no-

bis tenetis ad sædum honoratum quam locis vestris infrascriptis videlicet Alcoy, Ceta, Calis, Altea, Navarres, et in loco vocato Podio de Sancta Maria Balsegua, et in Castironovo, prout ipsum merum imperium per nos vel officiales nostros exercebatur et exerceri poterat in locis ipsis. Mandantes procuratori regni Valentie ac universis et aliis officialibus et subditis nostris eiusdem Regni, quod prædictam concessionem et donationem nostram vobis dicto nobili Rogerio in tota vita vestra observent et faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Dat. Valentie II. nonas Decembris anno à nativitate Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

4 de diciembre de 1297.

Breve del Papa Bonifacio VIII. al Rey de Aragon pidiéndole, que defienda á Roger de las correrías que algunos émulos suyos hacen en sus tierras.

Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei carissimo in Christo filio Jacobo Regi

sondonos
1 de octubre, año Pontificad, esto es, de 1300.
Aragonum illustri salutem et apostolicam benedictionem. Grata et utilia servitia quæ

dilectus filius nobilis vir Rogerius de Loria nobis et Romanae Ecclesiae jam impendit et iugiter continuato studio impendere non desinit, promerentur ut idem nobilis nos et apostolicam Sedem non solum circa conservationem suorum honorum et jurium, verum etiam in gratiarum exhibitione debeat favorabiles invenire. Ex parte siquidem eiusdem nobilis gravius nobis est oblata querela quod Gilibertus de Castro novo et nonnulli alii milites de partibus Aragoniae et Cataloniae ad suggestionem ut creditur quorundam aemulorum suorum de partibus supra dictis in castris et terris quae dictus nobilis in eisdem partibus obtinet et graves molestias et dispendiosa gravamina per pignorationes depredationes multiplices et aliis diversis modis inferre

praesumunt. Nos igitur volentes huiusmodi molestias et gravamina per tuae potentiae praesidium submoventi, Regalem Excellentiam rogamus et hortamur attentè quatenus praedictum nobilem habens pro nostra et praedictae sedis reverentia propensius comendatum eum à praedictis militibus et quibuslibet alijs dictarum partium eidem iniuriantibus favorabiliter tuearis, iniuriatores huiusmodi potestate tibi tradita efficaciter compescendo. Huiusmodi autem preces nostras Celsitudo Regia sic admittat quod memoratus nobilis eas sibi sentiat profuisse. Nosque serenitatem tuam possimus exinde dignis in Domino laudibus commendare. Dat. Anagninae, kal. Octob. Pontificatus nostri anno sexto.

6.

Testamento de Roger.

1291. Noverint universi quod nos Rogerius de Luria regnorum Aragoniae et Ceciliae Almiratus, gratis et spontanea voluntate, ac sola propria devotione ductus, damus et offerimus cum testimonio huius praesentis publici instrumenti corpus nostrum Deo, et beatae Mariae mo-

nasterii Sanctarum Crucum, et ibidem eligimus sepulturam in manibus, et potestate vestri fratris Natalis Cellerarii majoris nomine fratris Bonati Abbatis, et conventus ejusdem monasterii: promittentes vobis, et conventus eiusdem loci legitima stipulatione quod si in Ca-

talonia, vel in regnis Aragonum, Valentiae, et Majoricae nos mori contigerit, quod ad praedictum monasterium nostrum corpus afferatur, et ibidem sepeliatur, et quod nullo tempore de praedictis voluntatem nostram praesentem mutemus, nec in alio loco in praedictis partibus Cataloniae, Aragonum, Valentiae et Majoricae sepulturam nostram eligamus. Et si forsitan alibi eligemus in praedictis partibus, illud penitus ex certa scientia revocamus. Et si extra partes praenominatas nos fortasse mori contigeret; sepeliri in dicto monasterio nulatenu teneamur. Et quod corpus nostrum sepeliatur in solo dictae ecclesiae ad pedes sepulcri Illustrissimi Domini Regis Petri clarae memoriae ubi sepultus est quod plane, sicut per solum aliud ecclesiae super lapidem sepulturae suprapositum possint euntes lapidem ipsum pedibus calcare; et quod in lapide ipso fiat suprascriptio litterarum ad nostrum beneplacitum sicut concessum est nobis per vos, et conventum dicti monas-

terii juxta tenorem instrumenti perpetuum inde confecti. Et ut praedicta omnia, et singula melius, et firmiter à nobis attendantur, et compleantur, juramus super sancta quatuor Dei evangelia nostris propriis manibus tacta supradicta omnia attendere, et complere, et non aliquo contravenire aliquo tempore, modo aliquo, jure, ratione, vel causa sic Deus nos adjuvet, et ejus crux, et sancta evangelia, Quod est actum quarto idus Septembris, anno Domini millesimo, ducesimo nonagesimo primo. = Sig. num Rogerii de Luria supradicti, qui praedicta omnia concedimus et firmamus firmarique rogamus. = Sig. num Raymundi Dez-prats. = Sig. num Leonardi nostri dicti Domini Almirati testamentum. Z.

Ego Michael Gasol publicus not. Illerdae hoc instrumentum auctoritate regia à memor. per me recepi scribi feci, et clausi et his omnibus suprascrips. praesens fui, et hoc sig. num imposui.....